


Johann Cothmann


Programma In Prælectionem Publicam Legum Academicarum, adfixum

Rostochii: Excusum in Joachimi Pedani Typographia, Anno MDCXXVII

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1737983311>

Druck Freier  Zugang





Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1737983311/phys_0001

Mecklenburg
Vorpommern



Schmidt

77




ACADEMIA ROSTO
CHIENSIS

Mecklenburgische
Landesbibliothek
Schwerin

SEPT. 1774
Schwerin
Schwerin
Schwerin





PROGRAMMA
In
PRÆLECTIONEM
PUBLICAM
LEGUM
ACADEMI-
CARUM,
adfixum.



1. c
ROSTOCHII
Excusum in JOACHIMI PEDANI Typographia.
Anno M. DC. XXVII.



RECTOR
Academix Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theologiæ Licentiatus
& Professor.



Rator moderamen inculpatæ tutelæ in Milonis defensione urgens, ita inquit: est hæc iudices non scripta, sed nata lex, quam non didicimus accepimus, legimus verum etiam ex natura ipsa, arripimus, hausimus expressimus: ad quam non docti sed facti: non instituti, sed imbuti sumus &c. Quæ Oratoris verba satis appositè legi morali applicantur, quæ non solum scripta, sed & cordibus hominum inscripta, quam non in monte sinai inter tubarum clangores, fulgurum, horridos fragores, montis totius tremores, ac populi trepidationes solemniter accepimus solummodo; verum etiam ex naturâ ipsâ hausimus. Hinc Apostolus conscientiam nos vel accusare (quando alicujus sceleris commissi nobis sumus conseij) vel excusare (dum alicujus facinoris insimulamur, a quo tamen alienos nos esse novi-

novimus) affirmat. At inquis cur ergò Deus id quòd
tamen antè naturæ insculptum proindeq; notum, so-
lemniter & publicè tot testibus Angelicis præsentibus,
promulgari voluit? Et cur Academiæ toties leges suas
ratione fundamenti ac normæ cum Decalogo congru-
entes, repeti sanciverunt? Decalogum quòd spectat,
quamvis, ut modò dictum, ejusdem notitia hominum
mentibus in creatione impressa sit. voluit tamen Jeho-
va solemniter eundem repeti, primò ob introductam
notitiarum naturalium per Adami lapsum obscuratio-
nem. Quamvis enim Saniores Gentiles, naturæ stimu-
lis concitati, dicant: nulla gens est neq; tam immansue-
ta, neq; tam fera, quæ, etsi ignoret, qualem Deum habe-
re deceat, tamen habendum sciat. Alij tamen affectu
malitiæ non instinctu naturæ sint ne Dii necné satis sta-
tuere se non posse affirmarunt. Nonnulli contra con-
scientiæ dictamen, quamvis expressè esse Deos inficias
ire non ausi fuerint; multi tamen factis, esse Deos, ne-
garunt. Deinde obconnatam mentibus nostris oblivio-
nem. Quod enim Apostolus Jacobus de homine verbum
Dei audiente, illudq; factis non exprimente, illū similem
esse ait viro nativitatæ suæ faciem in speculo confide-
ranti, qui abiens continuo qualis erat obliviscatur. I-
dem nobis in rebus natura licet notis, contingit. Nam
ratiocinationes mortalium sunt timidæ, & instabiles co-
gitationes eorum. Infestum enim corruptioni corpus,
aggravat animam, & deprimit terrena habitatiōnem
multis curis plenam. Et vix conjicimus ea quæ in terra
sunt, & quæ ad manus sunt laboriosè invenimus. Ter-
tiò ad tollendam omnem excusationis impiorum *περὶ φασ-
σιν*. Malitia humana excogitandorum effugiorum val-

de fertilis est, quod vel arguit paragraphus servatoris quando filios hujus seculi prudentiores esse, inquit, filijs lucis in natione sua. Hanc versutam & callidam prudentiam mundanam, divina sapientia repetitione voluntatis suæ sæpius institutæ antevertit, atq; per prophetam inquit: Indicavit tibi (Jehova) ô homo quid sit bonum, videlicet ut exerceas jus, & ames benignitatem, & modestè ambules cum Deo tuo. Dicat quis, rationes has militare equidem si de impijs sit sermo. Piorum autem longe disparem esse rationem, cum in novitate spiritus id est animo spontaneo Deo inserviant. Verum ejusmodi cogitationibus contrahit Form. concord. p. 595. hisce verbis: etsi enim renati & spiritu mentis suæ renovati sunt: tamen renovatio illa in hac vita, non est omnibus numeris absoluta, sed duntaxat inchoata. Et eredentes illi, spiritu mentis suæ perpetuò luctantur cum carne, hoc est, cum corruptâ naturâ, quæ in nobis ad mortem usq; hæret. Et propter veterem Adamum, quæ adhuc in hominis intellectu, voluntate & in omnibus viribus ejus infixus residet, opus est, ut homini lex Dei semper præluceat: ne quid privatæ devotionis affectu in negotio religionis contingat, & cultus divinos verbo Dei non institutos eligat. Quæ hæctenus de lege morali dicta sunt, legibus Academicis non ineleganter applicantur. Illas ergò quod attinet annuatim hæc bis repetuntur, primò ob novum studiosorum ad Academiam quotidie advolantium accessum. Academia namq; instar columbarij sunt columbas modò emittentis modò recipientis. Ne ergò studiosi noviter accedentes legum ignorantiam prætexant, visum est senatui Academico, leges Academicas sæpius idq; publice & sonorâ voce iterari.

50
rari. Quod studiosorum sunt qui octidui spacio post suum in hanc urbem adventum nomen suum Rectori non profitentur, ac vel per tempus semestre vel integrum etiam annum inscriptionem saepe differunt. Horum negligentiam arguit lex secunda, quæ ita sonat: *Quicumq; in urbem venerit, & Academia membrum esse volet, inscriptionem intra dies octo post suum in hanc urbem ingressum, ne differat.* Et si quis pœnam huic legi non esse expressè additam prætendat, is sciat Reverendo concilio modum pœnæ indicendæ & nunc ob quosdam exasperandæ, non unum esse, ut illi qui sub studiosorum titulo hîc etiamnum latitant, quicq; nomine nobis noti sunt tandem suæ proterviæ pœnas meritas luant. Quod studiosorum sunt qui jussu Rectoris in judicium vocati varia, superflua quæritant, ac vel iter, morbum &c. aliâq; quibus absentiam excusent, prætendunt, illorum contumaciam eadem lex manifestat, hisce verbis: *Quare cum juramenti vi, in quo Deo teste invocato, obedientiam promittitis, tum cæteris in rebus honestis tum verò nominatim, si jussu Rectoris in judicium vocamini, vel propter delictum aliquod ex hac urbe, intra certum diem discedere jubemini Rectori parere teneamini; scitote perjuros vos censeris si citati in judicium non compareatis, vel sententia Rectoris parere detrectetis.* Quot studiosorum sunt qui vel ob debita aliasve ob causas Arresto detenti, ignorante & non concedente Rectore discedunt, horum impietatem accusat eadem lex: *Scitote perjuros vos censeris, si Arresto detenti sine consensu Rectoris descefferitis.* Quot studiosorum sunt qui contra Academiae severissimam prohibitionem, nationales conventus celebrant, adventantes novitios pecunia emungunt, præter modum agitant, aliâq; studiosos non decentia-


committunt, horum petulantiam coercet & indicat lex
decima, ita præcipiens: *quare vetus Academia statutū repe-*
rimus, quod, ita sonat: item maturā preliberatione præhabitā
ex certā scientiā & evidenti causa ordinavimus & statuimus
quod in universitate Rostochiensi non debeant esse nationes a-
liquæ, quoad Universitatem, nec quoad facultatem, contra-
rium disponens, aut ordinare tentans, hoc ipso sit perjurus &
ab Universitate exclusus. Quot studiosorum sunt qui
creditoribus & hospitibus ære obligati sine illorū consen-
su discedunt, hos in ordinem redigit lex vicefima tertia
his verbis: *Quæ creditoribus, & comprimis hospitibus*
vestris, pro victu, habitatione, lectis debetis, tempestivè &
fideliter solvite, nec, nisi illis quibus debetis, satisfeceritis hinc
discedite, secus facientes per juri sunt, dum id quod conceptis
verbis jurarunt, violant. Secundò ad acuendam & exfusci-
tandam erga leges observantiam, nisi enim sæpius leges
Academica renovarentur, tandem earum induceretur
oblivio, vel existimare quis posset, exercitium & vigo-
rem earundem tractu temporis esse sublata. Quòd de
privatis conflictibus ac *μωροῦ χάρις*, sæpissimè, (clam ta-
men auctoribus ignotis) hocce tempore exercitis, non
incommodè diceretur. Verum lex decima quarta imagi-
nariam hanc multorum sententiam fortiter elidit, dum
hunc in modum ait: *Nemo ex privatā provocatione, vel*
intra mœnia, vel extra oppidum confligat. Qui alios ad di-
micandum provocat, & qui provocatus confligit cum provo-
cante, is sciat se hoc ipso facto in relegationis pœnam incurris-
se. Plurimi sanè ejus sunt sententiæ ut dedecori sibi fo-
re putent, si provocati non compareant. Splendido
utentes discursu, juris scil. naturā esse, semetipsum de-
fendere, Verum discant talis discursus auctores. De-
fensio-

ensionem licitam ab illicita discernere. *Movocaxian* qualem hodie exercent illicitarum rerum classi inferendam, si non aliunde, saltem ex eo liquet, quod tales Athletæ lucem fugiant, ac vel trajecto varno: vel soli in hortorum semitis configant; ijs adhibitis testibus, quid illud Terentianum optimè norunt: Tu pol si sapiſ quod ſciſ neſciſ. Et adeo fideles ſæpe reperiuntur, ut de conflictu factò interrogati, ſe aliorum nolle eſſe proditores intrepidi respondeant. Quò ſilentio tamen nihil aliud efficiunt, quam ut peccatiſ aliorum communicent, eoſq; deliquiſſe arguant, ſi enim bona eſt actio in ejuſmodi dimicationibuſ commiſſa cur fugiunt lucem? omniſ qui mala agit, inquit ſervator noſter, odit lucem, qui vero operatur veritatem venit ad lucem. Dolendum autem eſt in hac luce Evangelij homineſ adeo eſſe pervieaceſ, ut pluſ homineſ, quam ipſum Deum vereantur. Homineſ timent proinde vel hominibuſ plâne inſcijs, vel ijs adhibitis, quos ſuæ actioniſ malæ occultatoreſ futuroſ compertum habent configunt. Nihil interea de Deo omnium rerum in tenebris quamviſ commiſſarum, inſpectore acerrimo cogitant. Hi fanè non norunt, oculoſ Domini altiſſimi millieſ ſole lucidiores eſſe, qui inſpiciant omneſ viaſ hominum, & conſiderent in parteſ occultateſ uſq;.

Plureſ cauſæ pro confirmandâ legum repetitione, ejuſq; utilitate afferri poſſent, niſi haſ hac vice ſufficere exiſtimarem. Cras ergo, volente Deo, de more hujus Academiae, horâ ante meridiana nonâ leges publicè reſpeti prælegiq; curabo. Quem actum Deo placentem maximeq; neceſſariũ ut Reverendi, conſultiſſimi, excellentiſſimi, experientiſſimi, clariſſimi Dn. Profeſſoreſ, aliq; Docto-


Doctores, verbi divini Ministri & Magistri, nec non studiosi juvenes præsentia sua exornent, &, hisce potissimū miserrimis ac conclamatis temporibus vitam legibus conformem transigant, quo par est studio hortor & moneo. Nam si leges impostero violare perrexerimus, majores nobis pœnas contumaciter attrahemus, iramq; Dei jam astuantem magis magisque exasperabimus. Quod tamen ab illis qui Christiani audiunt debet esse alienissimum; hi enim illud plautinum de se dici non admittent: Mores leges perduxerunt in potestatem suam. P. P. 3
Octob. Anno 1627.






27. Nov. 1856








Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1737983311/phys_0016

Mecklenburg
Vorpommern





30
osorum sunt qui octidui spacio post
em adventum nomen suum Rectori
ac vel per tempus semestre vel inte-
r inscriptionem saepe differunt. Ho-
arguit lex secunda, quæ ita sonat:
*venerit, & Academia membrum esse vo-
tra dies octo post suum in hanc urbem in-*

Et si quis pœnam huic legi non esse
raten dat, is sciat Reverendo concilio
licendæ & nunc ob quosdam exaspe-
esse, ut illi qui sub studiosorum titulo
antiqui quique nomine nobis noti sunt tan-
pœnas meritas luant. Quod studio-
u Rectoris in iudicium vocati varia-
nt, ac vel iter, morbum &c. aliaque qui-
sunt, præterdunt, illorum contuma-
manifestat, hisce verbis: *Quare cum ju-
deo teste invocato, obedientiam promitti-
bus honestis tum verò nominatim, si iussu
vocamini, vel propter delictum aliquod
certum diem discedere jubemini Rectori pa-
ote perjuros vos censeri si citati in judi-
vel sententia Rectoris parere detrectetis.*
ant qui vel ob debita aliasve ob cau-
ignorante & non concedente Rectore
impietatem accusat eadem lex: *Scitote
si Arresto detenti sine consensu Rectoris*
t studiosorum sunt qui contra Acade-
prohibitionem, nationales conven-
entantes novitios pecunia emungunt,
itant, aliaque studiosos non decentia-

A 3.

com-